

Sermo

etiam dictū est in hoc signo confide et vi-
ces. qui cū vexillum suum in formam cru-
cis vertisset nullum inuenit hostē. quem
non vinceret vel sterneret Dicitur etiam
in bystoria eadem. q̄ nullus vnq̄z in bel-
lo illud crucis vexillū porrantium potuit
vulnerari vel occidi vel capi. immo dum
q̄dam de porrantib⁹ semel hostes timeret
et alteri signū tradēs se ē medio subtraxit
set. ille inter tela remansit illesus. hic autē
sagitta letaliter est percussus Manifestum
est igitur ex premillis. q̄ qui ab hoc signo
longe se facit. vita gratie carens. mortē
culpe incurrit. **Exempla ad hoc multa q̄**
re in legenda de inuentione sancte crucis
in legenda sancti christoferi et sancte cri-
stine. vbi sunt pulcra exempla quomodo
dyabol⁹ timeat crucis signum. Exemplū
de Juliano impatore. qui in absentia ma-
gistri librum aperuit et demones aderant
quos cum signo crucis tremens fugauit
magistro redeuntis factū narrat. et addit.
demones nihil tantum timent sicut signū
crucis. ¶ Tercia vita est eterna
lis. et hec est vita summa. vita sola bea-
ta. vita pacifica et secura que consistit in
visione diuina Lū Inquit ap̄lus ad Ro-
losen. iij. ch̄st⁹ apparuerit vita vestra
tunc et vos apparebitis cū ipso in gloria
¶ Quomā apud te est fons vite. et
domin⁹ Job. xiiij. Ego sum via veritas
et vita. via in meritis vel exemplis. veri-
tas in p̄ceptis. vita in p̄mijs. vel via
ducens. veritas docēs. vita reficiēs. hec
inquit est vita eterna vt cognoscāt te ve-
rum deū et quē misisti iesum xpm. cogno-
scant inq̄z nō cognitōe vie que est obscu-
ra. sed cognitōe patrie que est aperta vt
videat deus in sua essentia. que q̄z in sum-
mo est pulcra. summe delectat aiām. hec
autē dulcissima sanctorū vita est eis ex li-
gno vite quod est in medio paradisi. vt
possit ab omnibus māducari Apoca. vlti.
loquens de hierusalē celesti dicit In me-
dio platee eius ex vtraq̄z parte fluminis

lignū vite. flumen appellatur abundan-
tia glorie que copiose ad modū aque flu-
minis redundat in sanctos ¶ Sal. flumi-
nis imper⁹ letificat ciuitatē dei. De hac
dulcedine sponsa degustata dicit i Lanti-
cis. Sub ymbra illius quē desiderabā se-
di. et fructus eius dulcis gutturi meo. sed
qui seperatus fuerit ab hoc ligno vite in
fine priuabit vita glorie. et incurret mor-
tem damnationis eterne. vbi est vita sem-
per moriens. et mors semper viuens vi-
ta vita carens. et mors mori nesciens.

De apparitione sancte Michaelis Sermo vilcenus

Milus autem an-
gelus exiit de templo habens
et ipse falcem acutam Apocali:
xiiij. Angeli s̄m doctrinam beati dyoni-
lij sunt lumina clarissima. specta pura quā-
tum possibile est summe luci simillima. et
ideo adeo sunt summo bono conformia:
vt sicut diligunt omnia bona. sic et dete-
stantur omnia mala. propter quod legunt
nunc mitti ad auxilia bonorum. nunc ve-
ro ad punitōem maloz. et hoc manifeste
apparet Apocalip̄. viij. De angelis euz
septem tubis. Et eiusdem. xv. De ange-
lis cum septem fialis ira dei plenis Unde
de quodam angelo sibi dictum est haben-
tem falcem. id est diuinum iudicium sicut
dicit glosa siue iudicariam potestātē ex-
ercere in subditos ¶ Est igitur
notandum. q̄ licet angeli oia peccata de-
testātur et odiant cū p̄tra suū dñm fiant.
scriptura tñ maxie quedā cōmemorat q̄ p̄
angelos grauiter s̄r punita Et est primū
pctm supbie. hoc em̄ pctm cū sit maxime
cōtra deum et fuerit pctm primū. et cā q̄
āmō oim pctoz. dure i angelis ē punitum
¶ Nā scriptura cōmemorat luciferū eiusq̄z
se q̄ces supbie pctō corruisse. sic em̄ de pec-
cato eius dicitur Isaie. xiiij. Qui dicebas
inquit. p̄pheta in corde tuo in celū cōscen-
dam. super astra celi exaltabo solū meū

Ego sum via veritas et vita